



Formulare instrumento[rum]

Köln, 28. Januar 1502

Littera de fructib[us] p[er]cioiendis in absentia q[ua] curialis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70749)

Folium LXXXIII.

beatissimum singulariter commendatum. taliter pro eo vos habentes quod propter iustitiam merito de prompta et debita dicte sedis reuerentia apud dominum nostrum papam vobis non immerito commendari atque nos reddatis in vestris agendis promptam orem. In quorum etc.

Littera de fructibus percipiendis in absentia quod abbreviator

Ludovicus misericordie etc. vicecellarius Re. etc. vobis dignitatis salute in domino. et presentibus fidei indubiam adhibere. Quia vero ratio congruit et equitas persuadet veritati testimonium prebere ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducen. ac vobis et vestrum cuiuslibet tenore presentium firmiter attestamus quod honorabilis vir dominus. R. rector parochialis ecclesie n. ac canonicus. n. ecclesiarum litterarum apostolicarum abbreviator ab anno citra et ultra Ro. cu. secutus est suum abbreviatorie officium exercendo Unde cum omnibus et singulis dictarum litterarum abbreviatoribus sic sua officia exercentibus a sede apostolica indultum existat ut quouslibet beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura que nunc et in quibusvis ecclesiis siue locis obtinent et impo-sterum obtinebunt fructus redditus et proven. cum ea integritate quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis. cum qua etc. quibusvis. Idcirco vos omnes et singulos supradictos quibus presentes nostre littere diriguntur monemus et hortamur. quatenus prefato domino. n. vel procuratori suo de omnibus et singulis fructibus redditibus et proven. parochialis ecclesie. n. ac canonicatus et preben. suorum predictorum et quousvis aliorum beneficiorum ecclesiasticorum que obtinent et impo-sterum obtinebit auctoritate et vigore indulti huiusmodi integre respondere et faciatis ab alijs plene et integre responderi. put et quemadmodum responderet eidem si in ecclesia siue locis predictis personaliter interesset et ibidem diuini assisteret officijs. distributionibus predictis dumtaxat exceptis Nec ipsum ad residendum in locis siue ecclesijs prefatis quouslibet appellatis taliter vos in premissis habentes ob sedis apostolice reuerentiam quod nos ad penas sententias et censuras. put possemus contra vos procedere non cogamur. vosque de prompta obedientia apud sanctam sedem apostolicam non immerito valeatis commendari. In quorum omnium et singulorum etc.

Littera de fructibus percipiendis in absentia. quod curialis

Alexander misericordie divina etc. sacrosancte Ro. ecclesie presbyter Cardinalis ac Sanctissimi domini nostri pape camerarius Reuerendo in christo patri etc. adhibere. quod ratio exigit attestamus quod venerabilis vir dominus R. rector parochialis ecclesie. n. etc. a multis temporibus citra fuit et est de presentibus et esse interdictus verus curialis et Ro. curia sequens pro tali tenore et respectu put etiam tenetur haberi et reputari. unde cum talis ex privilegio apostolice et premissis fructibus etc. ut in alijs. ut supra etc.

Littera de fructibus percipiendis in absentia. quod scholaris

Johannes Stephanus vtriusque iuris doctor sedis apostolice prebitorum in claustra universitatis studij generalis Ro. cu. vicecurator Reuerendo in christo patri etc. omnibus alijs etc. Sal. etc. adhibere. Quia ratio etc. prebere ad vestram et cuiuslibet vestrum notitiam deducimus etc. ac vobis et vestrum cuiuslibet tenore presentium firmiter attestamus quod venerabilis vir dominus. R. rector parochialis ecclesie de. n. dioc. n. ab octo mensibus citra fuit et est adhuc priuatus